Q. HORATI FLACCI
OPERA

EDIDIT

STEPHANVS BORZSÁK

BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1984

CONSPECTVS SIGLORVM

A	= Parisinus 7900ᴬ cum parte Hamburgensi saec. IX – X
a	= Ambrosianus O 136 sup. saec. IX – X
B	= Bernensis 363 saec. IX ex.
C/E	= Monacensis Lat. 14685 saec. XI ex., cf. Lenchantin – Bo I p. IX sq. et Brink II 4 sqq.
D	= Argentoratensis olim C VII 7 saec. X (combustus a. 1870)
d	= Harleianus 2688 saec. IX – X
Dess.	= Dessauensis A saec. X
E	v. C/E
Э	= Edinburgensis Adv. 18. 4. 12 (olim Parisinus) saec. XII
F	= φ + ψ
𝔉	= fragmenta Francofurtensia (ad Moenum) saec. X ex.
𝔤	= Gothanus B 61 saec. XV
K	= codex S. Eugendi saec. XI
L	= λ + l
l	= Leidensis Lat. 28 saec. IX
Laur.	= Laurentianus 34, 1 (liber Petrarcae) saec. XI *in.*, cf. Lenchantin – Bo I p. XI
Lips.	= Lipsiensis rep. I 4, 38 saec. X
M	= Mellicensis (Melk) 1545 (Cim. 9) saec. XI
Ott.	= Vaticanus Ottobonianus Lat. 1660 saec. IX ex.
Ox.	= Oxoniensis collegii Reginensis P² saec. XI
P	= Bodmerianus (olim Phillippsianus) s. X
p	= Parisinus 10310 saec. IX
R	= Vaticanus Reginae 1703 saec. IX med.
Samb.	= codex J. Sambuci Budensis 419 saec. XV
Sang.	= Sangallensis opp. 312 saec. X
𝔘	= Vaticanus Lat. 3866 saec. XI
u	= Parisinus 7973 saec. IX – X
V	= Blandinianus vetustissimus saec. X
v	= Parisinus 8213 saec. XII
γ	= Parisinus 7975 saec. X – XI
δ	= Harleianus 2725 saec. IX
λ	= Parisinus 7972 saec. IX
ξ	= fragmenta Scheftlarnensia saec. X
φ	= Parisinus 7974 saec. IX ex.
ψ	= Parisinus 7971 saec. X

ex. Vat.	= exempla diversorum auctorum, ed. H. Keil, Halis Sax. 1872
Micon	= Miconis opus alphabeticum, ed. L. Traube, PMA 3, 280 sqq.
Porph.	= Porphyrionis comm. in Hor., ed. A. Holder, Innsbruck 1894
Ps.-Acro	q. d. sec. ed. O. Kelleri I – II, Lipsiae 1902 – 1904
PL	= Patrologiae Latinae cursus completus, ed. Migne
CSEL	= Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum

et properantis aquae per amoenos ambitus agros
aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus,
sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes
navibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?
denique sit quid vis, simplex dumtaxat et unum.
maxima pars vatum, pater et iuvenes patre digni,
decipimur specie recti. brevis esse laboro,
obscurus fio; sectantem levia nervi
deficiunt animique: professus grandia turget;
serpit humi tutus nimium timidusque procellae;
qui variare cupit rem prodigialiter unam,
delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum:
in vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus et unguis
exprimet et mollis imitabitur aere capillos,
infelix operis summa, quia ponere totum
nesciet. hunc ego me, siquid componere curem,
non magis esse velim, quam naso vivere pravo,
spectandum nigris oculis nigroque capillo.
sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
viribus, et versate diu, quid ferre recusent,
quid valeant umeri. cui lecta potenter erit res,

18 *Porph. 145, 2* || **20** *fragm. Bob. 7, 542, 25, cf. Pers. 1, 89* fracta te in trabe pictum | **21–22** *Hier. epist. 27, 3 (CSEL 54, 225, 13sq.), cf. epist. 107, 3 (CSEL 55, 292, 19sq.); Sidon. Apoll. ep. 9, 16, 4* || **25–26** *cf. Quint. 9, 3, 65 et 8, 3, 82; Aug. tract. in euang. Ioh. 118, 3* etiam hic brevitas obscuritatem facit || **32** *et* **35** *fragm. Bob. 7, 543, 38* || **33** *Serv. Ae. 6, 847*

17 et] aut *dett.* || **18** aut^{1}] et **R**^{1} at **M** | r(h)eni **uv** | fluvius **R**^{2}**F**^{1}**L**^{1}**δ**^{1}**pv** *Porph. 145, 2* || **19** non nunc **B** nec non *flor. Nostrad.* || **20** similare **B** | expes **BCMλδ**^{1}**u** *pr.* expers **Fλ** *var.* **lp** || **21** pinguitur **ψ** || **22** *sunt qui post* rota (*non post* institui) *interpungunt* || **23** sit *om.* **B** | quidvis **K ψ** *corr., Bentley, Keller, Brink* quodvis (quod vis) *cett.* | duntaxat **B** || **25** recti specie *Turic. Car. 6* || **26** levia] lenia *dett.* |
ur
nervi **M** *pr.* || **27** grandiatur get **R** | ///get **λ** || **28** tutus] tatus **p**^{1} cautus *Peerlkamp* | timusque **C** || **29** una *Praedicow* (*commate post* rem *transp.*) || **30** delfia-
v
num **B** | adpingit **aURγFLδpv** app. *cett.* appingit **B** || **31** culpae ducit **u** *dett.* || **32** imus] unus **δ** *a. ras.? dett., Ps. Acr. K 2, 313, 30 (cod. c), Io. Saresb. Pol. VI prol., Brink* | unguis **a**^{1}**Bγ**^{1}**R**^{1}**p** ungues *cett.* || **33** exprimit **M** | mollis **aBCUMγ**^{1}**R**^{1}**LΔp** molles *cett.* || **35** nescit **B** nesciat *Sang.* | ego me] egomet **MF** *a. ras.* **δ**^{1}**v** | conponere **Fλu** comp. *cett.* | curę **B** || **36** pravo (parvo) vivere naso *dett., edd. multi ante Bentl.* | prave **R**^{2} parvo **λ** *pr.* **δ** *pr.* **p** *pr.* **v** *var.* torto *dett.* (*cf. ep. 13, 13*) || **37** nigrove **BCK?** || **38** materiam] iā m̄r (iam mater?) **B** (*cf. Brink, Ars p. 23*) || **40** umeri **aR** hum. *cett.*

nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
pleraque differat et praesens in tempus omittat,
hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
in verbis etiam tenuis cautusque serendis
dixeris egregie, notum si callida verbum
reddiderit iunctura novum. si forte necesse est
indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
fingere cinctutis non exaudita Cethegis
continget, dabiturque licentia sumpta pudenter,
et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Vergilio Varioque? ego cur, adquirere pauca
si possum, invideor, cum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditaverit et nova rerum
nomina protulerit? licuit semperque licebit
signatum praesente nota producere nomen.
ut silvae foliis pronos mutantur in annos,
prima cadunt: ita verborum vetus interit aetas,

42 *Porph. 40, 26, cf. fragm. Bob. 7, 543, 39* 43–44 *Serv. Ae. praef. 5, 3* | 45 *Serv. G. 2, 475 et Ae. 4, 412 et 415* 47–48 *Prisc. 3, 254, 17* 50 *sch. Luc. 2, 543, cf. fragm. Bob. 7, 543, 39* 52–53 *Serv. Ae. 6, 34* 55–56 *Prisc. 3, 271, 21* | 56 *Ps. Aug. Gramm. Lat. 5, 512, 17; Ps. Acr. K 2, 230, 19* 60–62 *Diom. 1, 400, 11, cf. ibid. 5, 326, 4*

41 facunda **B** deserit **M** *dett. aliquot* lucidus δ^1 42 et *om.* δ^1 | aut **aC** *p. ras.* **UM**γ**R**$\psi^2 \delta^2 p^1$ *Porph. 164, 12 (lemma) Ps. Acr. K 2, 315, 14 sq.* aud L^2 haut (haud) *cett.* 43 ut] aut $F^1 \lambda^1 \delta^1 p^1$ | *sunt qui (praeeunte Bentleio, cf. Pers. 5, 110) post* dicat *interpungant* || *v. 45 post v. 46 transposuit Bentley, quod multis placuit (nuper Brinkio), at cf. G. Ramain, Rev. de Phil. 53 (1927) 240 sq., Buchner, Gymn. 84 (1977) 386 et Hermes 108 (1980) 476 sqq.* || 45 spernet **BC** spernat *cett.* || 47 dixerit **B** | egreie **C** 48 est *om.* a^1 49 monstrare] forma *Porph. 164, 26 (lemma cod.* W^2 *in marg.)* | addita **M** | rerum et **VaMFLδp** rerum **a(?)BCKUR** *(cf. et adnot. Villeneuvii)* || *vv. 48–53 edd. al. aliter interpungunt, cf. comm. Brinkii* || 50 cintutis λ *pr.* | non] nos **B** || 51 prudenter δ^1 ν *dett.* || 52 nova] nota **M** | finctaque **R** factaque *dett. (at cf. 50* fingere) || 53 cadant $aC^2 UM^1 \gamma \delta^2$ *Serv.* cadent *cett.* parce] arte **B** *om.* $R^1 p^1$ || 54 dabat **M** dedit *dett.* | adeptum **BC** | *de vv. 53 sqq. cf. R. Kassel, Rh. Mus. 109 (1966) 1 sqq.* || 56 ennii FLp^2u || 57 dictaverit Э || 59 procudere nummum *Luisinus, Lambinus, alii* || 60 foliis siluę *flor. Nostrad.* folia in silvis *Diom.* silvae flores *Valerius ap. Diom.* | pronos] privos *Bentley* plenos *Funke, Hermes 104 (1976) 192 haud illepide, at cf. infra 157* mobilibus annis, *supra 2, 1, 147* recurrentis per annos, *s. 1, 1, 36* inversum annum *(cum schol.), c. 2, 14, 2* (fugaces) labuntur anni, *4, 11, 19 sq.* adfluentis annos, *3, 27, 18* pronus Orion; *Sen. Herc. Oet. 1095 sq.* praecipitis anni | motantur **C** || 61 prima] priva *Bouhier* prisca *Praedicow* folia *Peerlkamp* | *lacunam indic. Ribbeck, Brink* | ita et *Diom.*

et iuvenum ritu florent modo nata vigentque.
debemur morti nos nostraque: sive receptus
terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
regis opus, sterilisve diu palus aptaque remis
vicinas urbes alit et grave sentit aratrum,
seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis
doctus iter melius: mortalia facta peribunt,
nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.
res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
versibus inpariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos;
quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo;
hunc socci cepere pedem grandesque coturni,

63 *Serv. Ae. 9, 95; Prisc. 2, 267, 23, cf. Ov. met. 10, 32* omnia debemur vobis *(i. e. Manibus)* | 63–64 *Quint. 8, 6, 23* | 65 *Serv. A. 2, 69 et 6, 107* Hor. corripuit, ut: sterilisque diu palus; *Serv. 4, 452, 32; Beda 7, 238, 1, cf. Ov. fast. 6, 259* regis opus; *Auson. Mos. 290* regis opus magni *(i. e. Persarum)* || 68 *Porph. 334, 8* | 72 *ex. Vat. 267* (om. et ius) | 73–74 *Mar. Vict. 6, 50, 17 sq.; Io. Victor. 1, 1 p. 273 B.* || 75 *Charis. 1, 202, 27* || 75–76 *Mar. Plot. Sacerd. 6, 510, 3 sq.* || 77–78 *Sacerd. ibid. 8 sq.* || 78 *cf. Isid. etym. 1, 39, 15* lex grammaticorum pendet, ut sub iudice res religata sit || 79–82 *Porph. interpol. ad c. 1, 16, 2* | 80 *cf. Auson. epist. 4, 38 (p. 239 Prete)* socci et coturni musicam carpentis *(v. infra v. 276* plaustris) impone tuis

62 ritę̌ **M** | nota **M**δ^1 | vigent] iungent **R** virent *dett.* || 63 debemus **B** *Prisc. codd. pars, Servii cod. Reginens.* || 65 regis opus *codd. omn., Prisc., cf. Auson. Mos. 290* regis opus magni *(i. e. Xerxis)* | sterilisve **aURδp** sterelisve γ**R** -que *cett.* | diu palus *codd. et gramm. omn., correpta ultima verbi* palus *syllaba, quod editoribus plerisque mendosum videbatur, Latinius quiddam conicientibus* (palus diu *I. M. Gesner*, palus prius *Bentley*, palus olim *Peerlkamp, nuper* diu lama *Delz, Mus. Helv. 30 [1973] 51 sq.), cf. Skutsch, Γέρας in hon. Fickii 147, 1, Sommer, Laut- u. Formenl.² 363* || 67 motavit **C** | iniquom **C**, *om.* **B** || 68 inter **C** *a. ras.* || 69 onos **R** *pr.* || 71 vocula **B** || 72 quaē **p** *(post* quae *in init. v. 71)* | ius] vis **UR** *edd. multi prisci, at cf. Liv. 45, 32, 7* usus . . ., qui unus est legum corrector || 73 regum ducumque γ || 74 inscribi **a** || 75 inpariter **CUMFλδu** *Einsidl. Porph. 166, 12 (lemma) et 13, Ps. Acr. K 2, 321, 20 et 24* imp. *cett.* | iunctis] vinctis **R** | prima *Sacerd.* || 76 inclusa est **a?BCKUM**γ$R^2F^2\delta^2$ *Einsidl. Ps. Acr. K 2, 322, 3* iunctis *(e v. 75 repet.)* $F^1L p^2 \delta^1 u$ *var.* iunctus R^1p^1 iuncta est **v** || 77 eligos **M** || 78 gramma[tici] *Pap. Hawara 24, quod ad hunc v. referre voluit J. Mallon, cf. S. Dow, JRS 58 (1968) 62* || propio $a^1R^1p^1$ | armabit **B** || 79 archilochum **aRF** -locum *cett.* (archiloquum **M**) | 80 coepere γ**FLδ** *Einsidl.* | co//turni **p**

Q. HORATI FLACCI

OPERA

EDIDIT

D. R. SHACKLETON BAILEY

STVTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMLXXXV

SIGLA

A = Parisinus lat. 7900 A
a = Ambrosianus 0 136 sup.

B = Bernensis 363
C/E = Monacensis 14685
K = cod. S. Eugendi (St Claude) 2

R = Vaticanus Reg. lat. 1703

δ = Harleianus 2725
z = Vossianus lat. Q. 21
d = Harleianus 2688
π = Parisinus lat. 10310

λ = Parisinus lat. 7972
l = Leidensis B. P. L. lat. 28

φ = Parisinus lat. 7974
ψ = Parisinus lat. 7971
Ψ = Vide praef. p.

V = Blandini(an)us vetustissimus, nunc deperditus

g = Gothanus duc. B 61, raro citatus

ς = codd. deteriores

P = Porphyrionis cod. Vaticanus 3314 (interpretatio)
*P*ˡ = Eiusdem lemma, interpretatione vel absente vel dissidente
σχ = scholia 'Ps.-Acrontea.'

Comm. Cruq. = Commentator Cruquianus

(B) = lectio a Bentleio in commentario defensa

Brink[a] = C.O. Brink, 'Horatian notes', *PCPhS* N. S. 15 (1969), 1–6

Brink[b] = Idem, 'Horatian notes II', ibid. N. S. 17 (1971), 17–29 (ideo raro a me nominatim citatae quod plerasque in N.–H. (vide infra) secundo volumine ad locos singulos notatas invenias)

Brink[c] = Idem, 'Horatian notes III', ibid. N. S. 28 (1982), 30–56

N.–H. = R.G.M. Nisbet et M.H. Hubbard, *A commentary on Horace Odes I and II* (Oxonii, 1970 et 1978)

* Asteriscis lectiones notavi de quibus in libello nostro *Profile of Horace* (Londinii et Cantabrigiae Mass. 1982) disputatum est. vide etiam quae in *HSCP* 89 (1985) prolaturus sum.

ARS POETICA

Humano capiti cervicem pictor equinam
iungere si velit et varias inducere plumas
undique collatis membris, ut turpiter atrum
desinat in piscem mulier formosa superne,
spectatum admissi risum teneatis, amici?
credite, Pisones, isti tabulae fore librum
persimilem cuius, velut aegri somnia, vanae
fingentur species, ut nec pes nec caput uni
reddatur formae. 'pictoribus atque poetis
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.'
scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim;
sed non ut placidis coeant immitia, non ut
serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Inceptis gravibus plerumque et magna professis
purpureus, late qui splendeat, unus et alter
assuitur pannus, cum lucus et ara Dianae
et properantis aquae per amoenos ambitus agros,
aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.
sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes

a B C K R Ψ

2 plumas] formas *edd. quidam veteres* (*B*) 4 pistrim *vel* pristim ς, *Gronovius* (*cf.* σχ) 5 admissi (σχ)] -issi K R : missi B C teneatis? amici, / credite *Markland* 7 aegri (V)] -is a *pr.* B R (?) σχ 10 quilibet K (?) : quodl- π P^{l} : quael- *Ven. Fort.* 5, 6 *praef.* 7

navibus aere dato qui pingitur? amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?
denique sit quidvis, simplex dumtaxat et unum.

Maxima pars vatum, pater et iuvenes patre digni,
decipimur specie recti. brevis esse laboro,
obscurus fio; sectantem levia nervi
deficiunt animique; professus grandia turget;
serpit humi tutus nimium timidusque procellae.
qui variare cupit rem prodigialiter unam,
delphinum silvis appingit, fluctibus aprum:
in vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa Ludum faber unus et unguis
exprimet et mollis imitabitur aere capillos,
infelix operis summa, quia ponere totum
nesciet. hunc ego me, si quid componere curem,
non magis esse velim quam naso vivere pravo,
spectandum nigris oculis nigroque capillo.

Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
viribus et versate diu quid ferre recusent,
quid valeant umeri; cui lecta pudenter erit res,
nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.

Ordinis haec virtus erit et Venus, aut ego fallor,
ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
pleraque differat et praesens in tempus omittat.

a B C K R Ψ

23 quidvis K ψ *corr.* (*B*) : quodvis *vel* quod vis *cett.* 26 lenia ς (*B*) 29 unam (P^{l})] una *Praedicow* 31 *del. Ribbeck* (29–30 *pro alienis habere malim*) 32 unus ς σχ (*B*) : imus *codd.* P 37 que a R Ψ : ve B C K (?) 40 pudenter ς, *Markland* : pote- *codd.*

Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
in verbis etiam tenuis cautusque serendis
dixeris egregie, notum si callida verbum
reddiderit iunctura novum. si forte necesse est
indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
fingere cinctutis non exaudita Cethegis
continget dabiturque licentia sumpta pudenter;
et nova fictaque nuper habebunt verba fidem si
Graeco fonte cadent, parce detorta. quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Vergilio Varioque? ego cur, acquirere pauca
si possum, invideor, cum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditaverit et nova rerum
nomina protulerit? licuit semperque licebit
signatum praesente nota procudere nummum.
ut silvae foliis privos mutantur in annos,
prima cadunt * * * * * * * *
* * * * * ita verborum vetus interit aetas
et iuvenum ritu florent modo nata vigentque.
debemur morti nos nostraque; sive receptus
terra Neptunus classis Aquilonibus arcet,

a B C K R Ψ

46 *ante 45 transp. ed. Britannici 1516 (B) : post 45 codd.* σχ *Serv. G. 2, 475 A. 4, 412.415, ut vid.* 47 dixeris (P^l σχ *Prisc. GL 3, 254*)] -rit B 49 rerum et a Ψ V σχ 52 factaque ς (*B*) 53 cadent (P^l σχ)] cadant a *Serv. A. 6, 34* : cadunt ς 59 procudere (*Aldus*) nummum *Luisinus* (*B*) : producere nomen *codd.* V 60 silv(a)e foliis (σχ)] folia in silvis *Diomed. GL 1, 400* : foliis silve *Flor. Nostradamense (s. XIII)* : silvae flores *Valerius in Exc. cod. Lavant. GL 5, 326* privos *Bentley* : pronos *codd. Diomed. Exc.* 61 *lac. ind. Ribbeck* 63 debemur (P^l σχ *Prisc. GL 2, 268 codd. pars*)] -us B *Prisc. codd. pars*

regis opus, sterilisve †diu palus† aptaque remis
vicinas urbis alit et grave sentit aratrum,
seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis
doctus iter melius: mortalia facta peribunt,
nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
multa renascentur quae iam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.

Res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos;
quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo;
hunc socci cepere pedem grandesque cothurni
alternis aptum sermonibus et popularis
vincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus divos puerosque deorum
et pugilem victorem et equum certamine primum
et iuvenum curas et libera vina referre.
descriptas servare vices operumque colores
cur ego si nequeo ignoroque poeta salutor?
cur nescire pudens prave quam discere malo?

a B C K R Ψ

65 regis (σχ *Prisc.*) : regium *Peerlkamp* (*cf.* σχ hoc est regium (*v. l.* regum, regis) opus quod nullus facere potest nisi rex) ve a R δ π (*B*) : que *cett.* P^l *Prisc. Serv. A. 2, 69.6, 107 GL 4, 452 Beda GL 7, 238* diu palus (*Prisc. Serv. ter Beda*)] palus prius *Bentley* : diu lama *Delz, MH 30 (1973), 51 sq., bene* st- p- agitataque remis *L. Müller* 68 facta] cuncta ς (*B*) : saecla *Peerlkamp* 86 descriptas (P^l σχ)] dis- *Lambinus* 88 nescire pudens prave (P^l σχ)] pr- n- pu- *Wilamowitz*